



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Gesetze der Westgoten

Wohlhaupter, Eugen

Weimar, 1936

Tit. De commendatis vel commodatis // Titel: Von anvertrauten und
geliehenen Sachen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69894](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69894)

rus ei resistat, et libram auri cui rex iusserit coactus exsolvat. Omnes autem causas, quae in regno bonae memoriae patris nostri seu bonae seu male actae sunt, non permittimus penitus commoveri; sed hi, qui iudicaverunt, cum Deo habeant rationes. Illas vero causas, unde duo iudicia proferuntur, nobis iubemus afferri, ut quod cum lege videremur emissum¹⁾, nobis praecipientibus dibeat probari.

Tit. De commendatis vel commodatis

278.²⁾ Qui cavallum aut quodlibet animalium genus ad custodiendum mercede placita commendaverit, si perierit, eiusdem meriti ille, qui commendata susceperit, exsolvat; si tamen mercedem fuerit pro custodia consecutus. Quodsi etiam qui nulla placita mercede susceperat ea mortua esse probaverit, nec ille mercedem requirat, nec ab illo aliquid requiratur; ea tamen ratione, ut praebet sacramentum ille, qui commendata susceperat, quod non per suam culpam nec per negligentiam animal morte consumpta sit. Eadem et de commodatis forma servetur.

279.³⁾ Si quis alicui iumentum praestiterit, et illud per aliquam infirmitatem aput eum moritur, sacramentum primitus praebere debet, quod non per suam culpam morte consumptum sit, et nihil cogatur exsolvere. Sin autem nimium sedendo vel fascies caricando mortuum fuerit, eiusdem meriti caballum reddat. Si vero idem praestitus alicui aliquid debilitatis intulerit vel damni, ille componat, qui eum aput se susceptum habuisse dinoscitur.

280.⁴⁾ Si cui aurum, argentum vel ornamenta vel species

¹⁾ Gegenüber Staß, *Historische Vierteljahrschrift* XXVI (1931) S. 724 ist wohl an Zeumers Lesung festzuhalten.

²⁾ = L. Vis. V, 5, 1 und L. Bai. XV, 1 (*Germanenrechte* II 2, S. 148).

³⁾ = L. Vis. V, 5, 2.

⁴⁾ = L. Bai. XV, 2 bis 5 (*Germanenrechte* II 2 S. 150) und L. Vis. V, 5, 3.

Goldes dem zu entrichten, den der König bestimmt. Alle Rechts-
sachen, seien es gute oder schlechte, die während der Regierungszeit
unseres Vaters seligen Angedenkens abgeschlossen worden sind, ge-
statten wir nicht mehr aufzugreifen; sondern jene, die sie entschie-
den haben, mögen sich vor Gott verantworten. Jene Rechtsachen,
in denen zwei (widersprechende) Urteile gefällt wurden, gebieten
wir vor uns zu bringen, damit, was wir als das nach dem Gesetz
gesprochene (Urteil) erachten, auf unsern Befehl Billigung finde.

Titel: Von anvertrauten¹⁾ und geliehenen Sachen

278. Wenn jemand ein Pferd oder sonst ein Tier um bedunge-
nes Entgelt zur Hut anvertraut hat und es verendet ist, so soll
jener, der es anvertraut erhalten, eines vom gleichen Werte
leisten; sofern er freilich das Entgelt für die Obhut erhalten hat.
Wenn aber jemand, der (Tiere) ohne Vereinbarung eines Entgeltes
übernommen hatte, beweist, daß sie verendet sind, soll weder er
selbst ein Entgelt fordern, noch soll ihm etwas abgefordert
werden; unter der Voraussetzung freilich, daß der, welcher es
anvertraut erhalten hat, einen Eid leistet, daß das Tier nicht in-
folge seiner Schuld oder Nachlässigkeit verendet ist. Die gleiche
Vorschrift soll auch von Geliehenem gelten.

279. Hat jemand einem andern ein Zugtier geliehen und ver-
endet es infolge irgendeiner Krankheit bei diesem, so muß dieser
zunächst beschwören, daß es nicht infolge seiner Schuld verendet
ist und braucht (dann) nichts zu leisten. Ist es aber umgekommen,
weil man zuviel darauf gefressen oder weil man ihm zuviele
Bündel aufgeladen hat, so erstatte er ein Pferd gleichen Wertes.
Hat das geliehene (Pferd) jemandem irgendeine Verletzung oder
einen Schaden zugefügt, so büße das, wer es in fundbarer Weise
bei sich aufgenommen hatte.

280. Wenn jemandem Gold, Silber, Schmuck oder Früchte²⁾

¹⁾ Dazu C. von Schwerin AHDE I (1924) S. 37 f. und 50.

²⁾ Heumann: Seckel, Handlexikon zu den Quellen des römischen
Rechts⁹, Jena 1907 u. B. species 5.

fuerint commendatae, sive custodiendae traditae sive vendendae, et in domo ipsius cum rebus eius fuerint incendio concrematae, una cum testibus, qui commendata susceperat praebeat sacramentum, nihil exinde suis profuisse compendiis, et nihil cogatur exsolvere, excepto auro et argento, quod ardere non potuit. Si quis, dum domum flamma consumit, se quasi auxilium praebiturus ingresserit et aliquid forte rapuerit, dominus domus diligenter inquirat, et si eum potuerit invenire, ille, qui rapuerit, in quadruplum rapta restituat. Et si de commendatis rebus apud susceptorem aliquid forte repperierit, domino restituere non moretur. Si vero quae commendata fuerant furto probantur ablata, ei, qui commendata susceperat, spatium tribuatur, donec furem suam¹⁾ investigatione perquirat. Et si eum invenerit, commendatori res proprias tantummodo reformare procuret; compositio vero furti ad eum, qui habuit commendata, pertineat. Et si fur non fuerit infra statutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino a suscipiente reddatur; damnum vero ex medio uterque susteneant. Et si postmodum dominus rerum apud eum, cui commendaverat, quae fuerint suppressa repperierit, cum haec ille se prius dixerit perdedisse vel furto fuisse sublata, sicut fur ea, quae caelavit, ut legum statuta praecipiant, compositione implere cogatur.

281.²⁾ Si quis pecuniam sub cautione suscepit, daturus usuras, si per casu pecunia perit, non culpa aut negligentia debitoris, ille, qui commodavit, solam pecuniae summam recipiat et non requirat usuras. Sin vero per ipsius fraudem

¹⁾ Wohl statt: suum.

²⁾ Kap. 281 mit 285 stimmen beinahe vollständig überein mit L. Vis. V, 5, 4 mit 8.

anvertraut oder zur Bewahrung oder zum Verkauf übergeben und in seinem Hause zusammen mit seiner Habe durch Brand vernichtet worden sind, so leiste, zusammen mit Zeugen, wer das Anvertraute erhalten hatte, einen Eid, daß nichts davon zu seinem eigenen Vorteil geworden sei und werde (dann) nicht gezwungen, etwas zu leisten, ausgenommen das Gold und Silber, das nicht verbrennen konnte. Wenn jemand, während die Flamme ein Haus verzehrt, gleichsam wie ein Retter eintritt¹⁾ und etwas entwendet, so forsche der Herr des Hauses sorgfältig nach und wenn er ihn hat entdecken können, so soll der Dieb vierfach das Gestohlene ersetzen. Und findet (der (Verwahrer) zufällig bei einem Fehler etwas von den anvertrauten Sachen, so zögere er nicht, sie dem Eigentümer zurückzugeben. Wenn nun anvertraute Sachen nachweislich durch Diebstahl abhanden gekommen sind, so werde jenem, der sie anvertraut erhalten hatte, eine Frist gewährt, um seinen Dieb²⁾ durch Nachforschung zu ermitteln. Und hat er ihn gefunden, so trage er Sorge, dem Hinterleger sein Eigentum — aber nur dieses — wieder zu verschaffen; die Diebstahlsbuße aber gebühre dem Verwahrer. Wird der Dieb nicht innerhalb der festgesetzten Frist entdeckt, so soll dem Eigentümer der halbe Wert der anvertrauten Sachen vom Verwahrer erstattet werden³⁾; den Schaden aber soll jeder zur Hälfte tragen. Wenn aber später der Sacheigentümer bei dem Verwahrer unterschlagene Sachen entdeckt, während dieser früher erklärt hatte, er habe sie verloren oder sie seien ihm durch Diebstahl entwendet worden, so muß er wie ein Dieb für das, was er verhehlt hat, nach den Vorschriften der Gesetze Buße leisten.

281. Hat jemand Geld auf Schuldschein gegen Zinsverpflichtung empfangen und geht das Geld zufällig zu Verlust, nicht infolge Schuld oder Nachlässigkeit des Schuldners, so soll der Darlehensgeber nur die Kapitalsumme zurückerhalten und keine Zinsen fordern. Ist es aber infolge Arglist oder Schuld des ande-

¹⁾ Dazu C. von Schwerin, AHDE I S. 35.

²⁾ Dazu C. von Schwerin, AHDE I S. 38.

³⁾ Dazu C. von Schwerin, AHDE I S. 48.

vel culpam factum est, et pecuniam et usuras solvat. Et si aliqua lucra est ex ea pecunia consecutus, et postmodum contigit, ut pecunia pereat, extra summam, quod acceperat, mediam usurarum partem restituat.

282. Qui commendata vel commodata suscepit et de ruina aut incendio vel hostilitatis naufragio seu quolibet simili casu sua omnia liberaverit et aliena perdiderit, quod accepit sine aliqua excusatione exsolvere cogatur. Si vero partem aliquam de rebus propriis liberasse cognoscitur, illi, cuius res secum habuerat, iuxta modum perditae rei vel liberatae restituat, quam iudex ratione deducta estimaverit portionem. Sin autem sua omnia perdidit, cum liberaret alienam, similis de liberatis et de perditis rebus ratio deducatur, ut partem arbitrio iudicantis qui liberavit accipiat.

Iustum est enim, ut in simili casu non damnum solus excipiat, qui se gravibus periculis, dum sua maiora perdidit et aliena minora liberare conatur, obiecerit.

283. Quod nesciente domino servis fuerit commendatum, si id perierit, dominus servi nullum damnum incurrat. Suae enim inpotet culpa, qui servo alieno res suas commendaverit domino nesciente. Similis et de commodatis forma servetur.

284. Si dominus per servum suum quodcumque sibi petierit commodandum, et servus cum rebus commodatis in fuga fuerit elapsus, tunc dominus obligetur, ut commodata restituat. Si vero servus petisse dominum mentiatur et sic depor-

ren geschehen, so leiste dieser Kapital und Zinsen. Und hat er Gewinn gezogen mit Hilfe des Geldes und geht dieses nachher unter, so gebe er neben dem empfangenen Kapital noch die Hälfte der Zinsen zurück.

282. Wer etwas anvertraut oder geliehen erhalten hat und bei einem Hauseinsturz oder Brand oder widrigem Schiffbruch¹⁾ oder einem sonstigen ähnlichen Unfalle all das Seinige gerettet, das Fremde aber verloren hat, muß ohne eine Entschuldigung, was er empfangen hat, ersetzen. Hat er aber nur einen Teil seiner eigenen Sachen gerettet, so soll er dem, dessen Sachen er bei sich hatte, nach dem Verhältnis der verlorenen und geretteten Sachen jenen Teil zurückerstatten, den der Richter nach abgelegter Rechnung für angemessen erachtet. Hat er aber all das Seinige verloren, während er das Fremde gerettet hat, so soll über die geretteten und verlorenen Sachen Rechenschaft abgelegt werden, damit einen Teil nach Ermessen des Richters der Retter erhalte. Es ist nämlich gerecht, daß in solchen Fällen nicht der allein den Schaden trage, der sich schweren Gefahren ausgesetzt hat, indem er seine eigene umfangreichere Habe verlor und fremde geringfügigere Habe zu retten versuchte.

283. Wenn das zu Verlust geht, was ohne Wissen des Herrn Knechten zur Verwahrung übergeben wurde, so soll dem Herrn des Sklaven kein Nachteil erwachsen. Seiner eigenen Schuld hat er es zuzuschreiben, wer einem fremden Sklaven seine Sachen anvertraut ohne Wissen des Herrn. Ähnlich soll es auch mit geliehenen Sachen gehalten werden.

284. Hat sich ein Herr durch seinen Knecht irgendetwas zur Leihe ausbitten lassen und ist der Knecht mit dem Geliehenen flüchtig gegangen, so soll sein Herr verpflichtet sein, das Geliehene zu ersetzen. Hat aber der Knecht gelogen, sein Herr lasse darum bitten, dann etwas empfangen, um es seinem Herrn zu über-

¹⁾ Die Vorlage (Z e u m e r, Ausgabe S. 9 Note 1) legt es nahe, an eigentlichen Schiffbruch zu denken; später freilich — L. Vis. VII 2, 18 — erscheint naufragium auch in der Bedeutung Katastrophe, so daß man auch die Übersetzung: Feindesnot erwägen könnte. Vgl. auch E. v o n S c h w e r i n AHDE I S. 35.

tanda ad dominum susceperit, sed ea, quae susceperit, everterit aut forte perdidit, et fugitivus non potuerit inveniri, dominus servi praebeat sacramentum, se eum, ut susciperet, non misisse, et cum id peteret, ignorasse, et nihil calumniae pertimescat. Haec eadem de commendatis praecipimus.

285. Nullus, qui pecunias commendaverit ad usuram, per annum plus quam tres siliquas de unius solidi poscat usuras ita ut de solidis octo nonum solidum creditori qui pecuniam ad usuram suscepit solvat. Qui si cautionem ultra modum superius comprehensum per necessitatem suscipientis creditor extorserit, condicio contra leges inserta non valeat. Qui contra hoc fecerit, rem, quam commodaverat, recipiat et nullam usuram. Quae vero cautae non fuerant non solvantur usure.

Tit. De venditionibus

286.¹⁾ Venditio per scripturam facta plenam habeat firmitatem. Si etiam scriptura facta non fuerit, datum praetium testibus conprobatur, et emptio habeat firmitatem. Venditio, si fuerit violenter extorta, id est aut metu²⁾ mortis aut per custodiam, nulla valeat ratione.

287.³⁾ Si quid a servo alieno fuerit comparatum domino nesciente, si dominus firmam esse noluerit emptionem, praetium reddat emptori, et emptio nihil habeat firmitatis.

288.⁴⁾ Si quis servum suum venderit, et servus priori domino aliquod crimen obiecerit, ille, qui vendedit, recipiat quem vindedit, praetium redditurus emptori, ut ille in servo suo requirat crimen, quod sibi obiecerat. Idem de ancillis praecipimus custodiri.

¹⁾ = L. Vis. V, 4, 3 und L. Bai. XVI, 2 (Germanenrechte II 2, S. 154).

²⁾ Stach a. a. D. S. 725 möchte lesen: per metum.

³⁾ = L. Bai. XVI, 3 (Germanenrechte II 2, S. 154).

⁴⁾ = L. Vis. V, 4, 14.

bringen, hat er dann aber das Empfangene vertan oder etwa verloren und kann der Flüchtling nicht aufgefunden werden, so leiste der Herr des Knechtes einen Eid, daß er den Knecht nicht entsandt habe, um (die Sache) entgegenzunehmen und nichts von dessen Ersuchen gewußt habe und er braucht keinen Rechtsnachteil zu fürchten. Das Gleiche schreiben wir für anvertraute Sachen vor.

285. Keiner, der Geld gegen Zins ausgeliehen¹⁾ hat, verlange jährlich mehr als drei Siliquen von einem Schilling, so also, daß dem Gläubiger der Darlehensnehmer von acht Schillingen einen neunten entrichte. Hat der Gläubiger eine über das oben genannte Maß hinausgehende Schuldburkunde unter Ausbeutung der Notlage des Schuldners abgenötigt, so gelte die gegen das Gesetz eingefügte Klausel nicht. Wer dagegen verstößt, erhalte nur die geliehene Sache zurück und keine Zinsen. Nicht vereinbarte Zinsen brauchen nicht entrichtet zu werden.

Titel: Von den Verkäufen

286. Ein urkundlich geschlossener Kaufvertrag habe volle Gültigkeit. War auch keine Urkunde errichtet worden, so wird die Zahlung des Kaufpreises durch Zeugen bewiesen, und der Kauf sei dann gültig.²⁾ Ist ein Kauf aber mit Gewalt abgenötigt worden, d. h. unter Bedrohung mit dem Tod oder unter Freiheitsberaubung, so sei er keinesfalls gültig.

287. Hat man etwas von eines anderen Knecht ohne Wissen seines Herrn erworben und will der Herr den Kauf nicht billigen, so gebe er den Kaufpreis dem Käufer zurück und der Kauf habe keine Gültigkeit.

288. Hat jemand seinen Knecht verkauft und hat dieser Knecht seinem früheren Herrn eine Missetat vorgeworfen, so kann der Verkäufer den Verkauften zurücknehmen gegen Rückgabe des Kaufpreises an den Käufer, um seinen Knecht über die Missetat auszuforschen, die der ihm vorgeworfen hatte. Das Gleiche soll bei Mägden beachtet werden.

¹⁾ Dazu C. von Schwerin, AHDE I S. 38.

²⁾ Dazu C. von Schwerin, AHDE I S. 48 f.